

Hymn.

1.
A

Ave maris stella, De-i Ma-ter alma,
Atque semper Virgo, Fe-lix cæ-li por-ta.

Sumens illud Ave Gabriélis ore, Funda nos in pace, Mutans
nomen Evæ.

Solve vincla reis, Profer lumen cæcis: Mala nostra pelle, Bona
cuncta posce.

Monstra te esse Matrem; Sumat per te preces, Qui pro nobis
natus Tulit esse tuus.

Virgo singuláris, Inter omnes mitis, Nos culpis solútos Mites fac
et castos.

Vitam præsta puram, Iter para tutum: Ut vidéntes Jesum, Semper
collætémur.

Sit laus Deo Patri, Summo Christo decus, Spiritúi Sancto Tribus
honor unus. Amen.